

Thementag Martial. Martials Epigramme: Tradition – Rezeption – Didaktik

München, 08.12.2012

Andreas Heil, Martials Vergil

1. Mart. 9,33

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum,
Maronis illic esse mentulam scito.

2. Petron. 92,8-9

et me quidem pueri tamquam insanum imitatione petulantissima deriserunt, illum autem frequentia ingens circumvenit cum plausu et admiratione timidissima. habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes.

3. Vita Suetonii vulgo Donatiana (VSD) 11, ed. Bayer

cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellatus sit, ac si quando Romae, quo rarissime commeabat, viseretur in publico, sectantis demonstrantisque se suffugere<t> in proximum tectum.

4. Vita Suetonii vulgo Donatiana (VSD) 9, ed. Bayer

... cibi vini que minimi. libidinis in pueros pronioris, quorum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda bucolicorum ecloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione, utrumque non ineruditum, Cebetem vero et poetam.

5. Serv. zu Verg. Aen. 1 pr. 6

adeo autem verecundissimus fuit, ut ex moribus cognomen acceperit; nam dictus est Parthenias. omni vita probatus uno tantum morbo laborabat; nam inpatiens libidinis fuit.

6. Mart. 11,103

Tanta tibi est animi probitas orisque, Safroni, [vgl. VSD 11: et ore et animo tam probum]

Ut mirer fieri te potuisse patrem.

7. Periochae Vaticanae (Biblioteca Apostolica Vaticana, MS Reg. lat. 1669, f. 192r)

De vita autem poetae pauca sunt dicenda, quia nec talis fuit ut imitari debeat, nec ut in aeterna memoria reponi debeat.

8. Donatus auctus (2. H. des 15. Jh.)

Fama fuit libidinis pronioris in pueros **fuisse, sed boni ita eum pueros amare putaverunt, ut Socrates Alcibiadem et Plato τὰ παιδικὰ**. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem et Alexandrum ..., utrumque non ineruditum, **nam Alexandrum grammaticum**, Cebetem vero et poetam.

9. Iodocus Badius Ascensius (Josse Bade, 1461?-1535), In opera Vergiliana quaedam praeambula praenotamenta scitu digna. In: Opera Vergiliana docte et familiariter exposita, Paris 1512.

... haec fere ex Donato [= Donatus auctus]. Verum si ex abundantia cordis os loquitur, quamquam Catullus aliter sentiat (Nam castum inquit esse decet poetam ipsum versiculos nihil necesse est) tamen quia castissimus in tota poesi sua repertus est, concederem potius iis, qui dicunt ipsum casto amore prosecutum pueros. Dixi forte praeter opinionem in tota poesi. Nam ex secunda Ecloga ..., nemo convicerit eum de impudico amore loqui, quamquam forma magis quam animo Alexidis captus videatur Corydon.

10. Serv. zu Verg. ecl. 3,8

NOVIMVS ET QVI TE subaudis ‚corruperint‘, quod suppressit **verecunde**, licet Theocritus aperte ipsam turpitudinem ponat et exprimat.

11. Serv. zu Verg. Aen. 1,193

CVM NAVIBVS cacenphaton in sermone, quod fit si ‚cum‘ particulam ‚n‘ littera sequatur.

12. Quint. inst. 8,3,45-47

... culpam non scribentium quidem iudico sed legentium ... Nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu plerique obscene intellegere, nisi caveris, cupiunt ... et ex verbis quae longissime ab obscenitate absunt occasionem turpitudinis rapere.

13. Verg. Aen. 8,405-406

optatos dedit [scil. Vulcanus] amplexus placidumque petivit
coniugis infusus [infusum *Probus*] gremio per membra soporem.

14. Gellius 9,10,5-6

Sed Annaeus Cornutus ... egregiam totius istius verecundiae laudem insulsa nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus hoc figurae probasset et satis circumspicte factos esse versus dixisset: „membra tamen“ inquit „paulo incautius nominavit.“

15. Serv. zu Verg. Aen. 8,406

„coniugis infusus gremio“ hoc est ante concubuit et sic quievit. Probus vero et Carminius propter sensum cacenphaton „infusum“ legunt, ut sit sensus: dormiit cum coniuge dormiente, id est petiit soporem, infusum etiam coniugis gremio.

16. Ausonius, Cento nuptialis, ed. Green, p. 125f., Z. 15-22

quid etiam Vergilium Parthenien dictum causa pudoris? qui in octavo Aeneidos, cum describeret coitum Veneris atque Vulcani, ἀίσχροσεμνίαν decenter immiscuit. ... si quid in nostro ioco aliquorum hominum severitas vestita condemnat, de Vergilio arcessitum sciat.

17. VSD 18

Deinde Catalecton (et Priapea et epigrammata) et Diras, item Cirim et Culicem, cum esset annorum XVI.

18. Ps. Verg., Priapea 2,18-21

[...] parata namque trux stat ecce mentula.

„uelim pol“ inquis? at pol ecce uilicus
uenit, ualente cui reuulsa bracchio
fit ista mentula apta claua dexterarum.

19. Mart. 1,35,14-15

Nec castrare velis meos libellos.

Gallo turpius est nihil Priapo.

20. Mart. 3,68,1-4

Huc est usque tibi scriptus, matrona, libellus.

cui sint scripta, rogas, interiora? mihi.

gymnasium, thermae, stadium est hac parte: recede.

exuimur: nudos parce videre viros.

21. Priapea 79

Priape, quod sis fascino gravis tento,
quod exprobravit hanc [scil. mentulam] tibi suo versu
poeta noster, erubescere hoc noli:
non es poeta fascinosior nostro.

Literatur

- T. Birt, Das antike Buchwesen in seinem Verhältniss zur Litteratur, Berlin 1882.
- V. Buchheit, Studien zum Corpus Priapeorum, München 1962.
- S. Busch, *Versus balnearum*. Die antike Dichtung über Bäder und Baden im römischen Reich, Stuttgart 1999.
- J. Farrell, The Ovidian *corpus*. Poetic body and poetic text, in: P. Hardie, A. Barchiesi, S. Hinds (Hrsg.), *Ovidian Transformations. Essays on Ovid's Metamorphoses and its Reception*, Cambridge 1999, 127-141.
- C. Henriksén, *Martial, Book IX: A Commentary*, Uppsala 1998-1999.
- W. Heraeus und I. Borovskij, *M. Valerii Martialis Epigrammaton libri*, Leipzig³1982.
- S. Hinds, *Martial's Ovid / Ovid's Martial*, *Journal of Roman Studies* 97, 2007, 113-154.
- N. Holzberg, *Impersonating Young Virgil: The Author of the Catalepton and his libellus*, *MD* 52, 2004, 29-40.
- N. Holzberg, *Applaus für Maro. Eine ‚augusteische‘ Interpretation von Mart. 9,33*, in: A. Heil, M. Korn, J. Sauer (Hrsg.), *Noctes Sinenses*, Festschrift für Fritz-Heiner Mutschler, Heidelberg 2011, 68-73.
- E.M.W. Kuppe, *Sachwitz bei Martial*, Diss. Universität Bonn 1972.
- S. McGill, *Virgil Recomposed: the Mythological and Secular Centos in Antiquity*, Oxford [u.a.] 2005.
- M. Neger, *Martials Dichtergedichte: das Epigramm als Medium der poetischen Selbstreflexion*, Tübingen 2012.
- M. Roller, *Pliny's Catullus: The Politics of Literary Appropriation*, *Transactions of the American Philological Association* 128, 1998, 265-304.